Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uiribus habetis luminis prorogare. Sic
quippe illius magni qui gloriosus apparuit
imaginem fingam per quam regnare pote
rimus tenebrarum aliquando conuersatione
liberati. Hec audientes ac diu secum deli
berantes iustissimum putauerunt id quod pos
tulabantur prebere. Nec enim fidebant
se idem lumen iugiter retenturos. Unde me
lius rati sunt principi suo id offerre ne
quaquam desperantes eodem pacto se reg
naturos. Quo igitur modo lumen idem quod ha
bebant considerandum est. Nam hoc etiam
a
prebuerint omnibus diuinis scripturis archanisque celesti
bus aspersum est. Sapientibus uero quomodo
sit datum scire minime est difficile.
Nam coram aperteque cognoscitur ab eo qui uere
ac fideliter intueri uoluerit. quomodo eorum
qui conuenerant frequentia promiscua
erat feminarum scilicet ac masculorum.
Inpulit eos ut inter se coirent. in quo
coitu alii seminarunt. alie grauide
effecte sunt. Erant autem partus his
qui genuerant similes. uires pluri
mas parentum uti primi obtinentes.